DOMINICA VIII.
Ex Quæſt. 20. & ſeqq.

CHRISTUS SALVATOR VERE ſolùm credentium.

TEXTUS Matth. 7. 13. 14.

Verſ. 13. Introite per anguſtam portam: quoniam lata eſt porta & ſpatioſa via quæ abducit in exitium, multiq́ue ſunt qui introëunt per eam.

v. 14. Quia anguſta eſt porta & ſtricta via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inveniant eam.

QUÆST. 20. Num igitur omnibus hominibus qui in Adamo perierant, per Chriſtum ſalus redditur?

RESP. *Non omnibus: verum iis tantùm, qui vera fide ipſi inſeruntur, ejusq́ue beneficia omnia amplectuntur.*

QUÆST. 21. Quid eſt vera fides?

RESP. *Eſt non tantùm notitia qua firmiter aſſentior omnibus, quæ Deus nobis in verbo ſuo patefecit, ſed etiam certa fiducia, à ſpiritu ſancto per Evangelium in corde meo accenſa, qua in*